



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses**

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici  
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,  
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

**Stapleton, Thomas**

**Lvgdvni, 1595**

20. Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39463**

## IN LVCAE CAP. XXII.

20. *Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo.*

**H**ec modus loquendi apud Lucam proprius aliqua explicatione indiget. Matth. & Marc verba Christi ad alteram speciem sic referunt: *Hic est sanguis meus noui testamenti: vbi absque ulla sermonis figura, quod in calice erat, Sanguis Christi esse affirmatur. Hic vero de calice non dicitur, Hic est sanguis meus noui testamenti; sed dicitur, Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo: vbi calix, siue id quod in calice est, non vocatur sanguis Christi, sed vocatur testamentum in sanguine. Hic ergo insurgit hæreticus, & ait. Hec est Spiritus Sancti expositio quod calix vocatur à Mattheo & Marco sanguis, quia testamentum est in sanguine. Sic palam ostenditur non alia ratione calitem vocatum esse sanguinem Christi, nisi quia noliscum fœdus aeternum pepigit, ut sanguine serm effuso, spiritualiter nunc epulemur. Nam & sic Paulus Christi verbare tulit sicut hic Lucas. I. Cor. II. Sed responde, nec Lucam nec Paulum Matthei & Marci verba exponere, nec etiam causam reddere cur apud illos calix vocetur sanguis. (Hæc duplex hæretorum assertio voluntarium est ipsorum commentum.) Calix apud alios Evangelistas ideo vocatur Sanguis, quia, quod in calice erat, sanguis Christi fuit, ut apud Matth. latius diximus. Hic à Luca & postea à D. Paulo calix vocatur ipsum nouum testamentum in sanguine Christi, quia in calice non solum sanguis Christi est (quod alij Evangelistæ dixerunt) sed quia est hic per modum sanguinis fœderalis seu testamentarij. Modum (inquam) & finem porrecti à Christo calicis explicatus & in sanguinibus enarrate Lucas voluit quam alij duo Evangelistæ. ne Christi  
*Calix cur  
nouum re-  
stamentum*  
 Quum ergo dicit, *Hic est calix, vel, Hic calix est (nam verbum est in Graeco non habetur, ideoque utrobique ponere potest) nouum testamentum in sanguine meo;* voluit Spiritus Sancti docere quare calix à Christo benedictus & porrectus & ab Apostolis bibendus erat. Nempe quia ille calix, id est, quod in calice erat, iuxta communem loquendi modum esset ipsum nouum testamentum in sanguine siue per sanguinem, id est, haberet & portigeret sanguinem ad sanctiendum & confirmandum nouis fœdus ac nouum testamentum cum populo Dei. Ex quo necessario sequitur, verum sanguinem non figuratum in calice contineri, quia vini haustus hoc fœdus constituere aut confirmare non potuit. Hic ergo Christi sermo*

à Luca relatus (uam utrumque Christum dixisse dubitari non debet, & hanc formam verborum posterior dixisse verissimile est, quia priorum quandam ampliationem continent) nec causa nec expositio est prioris sermonis ratione vocabuli sanguinis, aut cur & quomodo calix vocatus sit *sanguis*, sed et expositio quædam & a priori enunciatio ratione vocabuli *noui testamenti*, & cur à Matthæo ac Matto de calice dictum sit: *Hic est sanguis meus noui testamenti*. Nempe quia in illo sanguine (hauito videlicet & accepto) sanciretur & confirmaretur nouum testamentum cum novo populo Dei, sicut per sanguinis vitulorum & hircorum, qui immolati fuerant, aspersione super populum, vetus illud fœdus sanciebatur & confirmabatur, dicente Moysè quumaspergeret: *Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus*: id est, huius sanguinis aspersione sancitur & percurretur & consummatur fœdus inter Deum & vos; vt ille sit Deus vester, & vos populus eius. Sic enim in Cruce quidem immolatus est Christus sanguis in remissionem peccatorum, sed in hoc sacrificio loco aspersione exterræ bibitur & hauritur intimè, vt in illo per illum sanciatur & confirmetur nouum testamentum: fœdus inter Deum & nos nouum populum eius. Hac ob causam dixit de calice Christus, non solum apud Matth. & Marcum, *Hic est sanguis noui testamenti* (quæ verba non nisi sanguinis existentiam notant, qui aliquo modo ad nouum testamentum pertineat) sed apud Lucam dicit: *Hic calix nouum testamentum in sanguine meo*: quæ verba ostendunt calicem in Christo porrectum sic noui testamenti sanguinem esse, vt ad ipsum sic pertinere, vt calix ille sit etiā ipsummet nouum testamentum (quatenus illud confirmat) in sanguine suo: idelicet illo hauito & accepto quod in calice erat, de quo propterea adiecit. *Qui pro vobis effundetur*: quæ verba ad ipsum calicem referenda sunt (vt textus Græcus τὸ οἰνοῦσθαι in eto casu perspicue ostendit) quia quod in calice erat pro nobis effundendum fuit non utique vīnum, sed sanguis Christi. Hic ergo verborum Lucæ totus & germanus sensus est: *Hic calix qui pro vobis effundetur* (id est, hoc quod in calice est pro vobis effundendum) est ipsum nouum testamentum, quatenus confirmat illud (sic enim circuncisio vocatus fœdus & pactum inter Deum & Abraham, quia fœderis confirmato erat) cum novo Dei populo sanciendum in meo sanguine ut intelligatis tum sanguinem meum esse pro vobis effundendum & immolandum, quem vobis porrigo, tum illum ipsum sanguinem

Gen. 27.

guinem à vobis hauriendum nouum fœdus constituere & confirmare inter Deum & vos, quia hoc accepto sanguine eritis intimè cū Deo coniuncti, facti nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: non fide tantum, sed & re ipsa. Plura apud Matthæum vide.

32. *Ego rogaui pro te ut fides tua non deficiat. Et tu conuersus confirma fratres tuos.*

**C**hristus in omnium Apostolorum communi periculo Petri pri-  
mo Petro specialiter rogans ne eius fides deficeret, post-  
quam addens ut ille conuersus alios confirmaret, in illis ver-  
bis & non defecturam Petri fidem, & supremam cæteros cor-  
roborandi potestatem manifestè docet, simulque maiorem  
illum, de quo contentio erat, obiter ostendit. Sic ex hoc loco  
collegunt Patres, S. August. in lib. de qq. noui & vet. test. q.  
79. & serm. 12. 4. de temp. Leo Magnus in anniversario assump-  
tæ: Ambros. in Psal. 43. Theophylactus in hunc locum: Ber-  
nard. Epist. 90. ad Innocentium Papam: Lucius Papa in epist.  
decretali. Notandum verò quod Caluinus in commentariis  
ad hunc locum horum verborum tractationem penitus præ-  
termisit, & Institut. lib. 4. ubi omnibus Scripturis pro primatu  
Petri respondere conatur, hunc locum penitus dissimulat. Beza  
quoque in Annotationibus suis ad hæc verba nihil prorsus  
annotat. Aperta veritas os illis obturauit, satis alioqui ad ali-  
quid semper cauillandum callidis. Sed nec in Marlorati ca-  
thena contra Petri primatum, ita luculenter tot Patrum testi-  
moniis roboratum, aliquid affertur.

38. *Ecce duo gladij hic.*

**D**IUS Bernardus in lib. 4. de consideratione ad Eugenium  
alludens ad hæc verba, duplum ponit in Rom. Ponti-  
fice iurisdictionis gladium, unum spirituale, alterum tem-  
porale; ut illum manu, hunc nuto suo proferat. Deuolut  
hoc in Canonistas Caluinus, & sic contra eos declamat: *Quod*  
*hinc elicunt Canonista cornutos suos Episcopos duplci iurisdi-  
ctione esse præditos, non solum putida est allegoria, sed proteruum  
ludibrium, quo Dei verbo insultant. Atqui huc dementie prolabi  
oportuit Antichristi mancipia, ut palam sacrilego contemptu sa-  
cra Dei oracula calcarent.* Hæc ille rabula. Sanctissimum &

*Caluin  
maledicen  
tia retun-  
ditur.*

B b 5